

enim acuties caudae prohibet. *Volat*
d Aelian. H. tum^d quoque exercere, falso apud
A. l. 8. c. 26. Aelianum dicitur: sed ^e radii sui ve-
e Aelian. H. neno se tueri, tam certum, quam Mu-
A. l. 9. c. 40. ficæ dichteris et saltationibus ^f dele-
f Idem. l. 1. ctari; ambiguum videtur. De ejus-
c. 30. l. 17. dem radii venenositate non est quod
c. 18. dubitemus. Nullum usquam execra-
 bilius, arbores, infixus radici, necat,
 arma, ut telum perforat, vi ferri et
 veneni malo, non tamen, ut nulli re-
 medio, quod Aelianus ^g prodidit, suc-
g Aelian. l. 1. cumbat; et necesse fuerit ^h Leonida-
c. 56. m Byantium ictum occumbere.
h Aelian. Bene radii cinis cum acetō vulneri
l. 2. c. 50. admovetur, feliciter fursures in eo-

dem cocti auxiliantur. Lauri deco-
 ctum, Theriaca Andromachi, Galeus,
 cum quo inimicitias gerit, haud fru-
 stra adhibita. Cauda, quae idem in-
 tulit, in arborem, quercum inprimis,
 infixa, aut de eadem suspensa, emar-
 cidam eandem evadere, sanari ae-
 grum, Aëtius prodidit. De *Vsu* in
cibo, ne falso ⁱ Galenus mollem et ju-
 cundam carnem ejus faciat, vehemen-
 ter metuo, gustus insuavem et feru-
 num quid resipientem, testatur. In
Medicina mitigat ^k dentium dolores ra-
 dius, quos frangit et extrahit, Torre-
 ri eum, mox conteri resinaque exci-
 pi, debere, apud Celsum legimus.

ⁱ Galen. l. 3.
 Alim

^k Dioscorid.
 Mat. Med.
 l. 2. c. 22.

PUNCTVM III.

De Aquila.

TAB. IX.
 8. 9.

^a Plin. H. N.
 l. 9. c. 24.

Quid per Aquilam piscem, seu
αετὸν veteres voluerint, difficul-
 ter sciri potest, planum ^a duntaxat,
 et cartilagineum, animalque parere,
 ab omnibus proditum est, radium ali-
 quem in cauda habuerit, nec ne, re-
 ticuere. Non mirum itaque in di-
 versa recentiores trahi, et unam a
 Salviano, quam Rondeletius alteram
 Pastinacae speciem facit, duas ab Al-
 drovando, monstrosam a Bellonio et
 Paraeo describi, *Salvianiana* magni-
 tudine trecentas libras non superat.
 Laevi et molli cute tegitur, inferiore
 parte alba, superiore livida. *Ca-*
put habet exertum, capiti bufonis
 simillimum: oculos magnos, rotun-
 dos et prominentes, post quos bina,
 magna, et patula foramina inscul-
 pta sunt. *Os* supina parte medio-
 cre et denticulatum. *Latera*, quae
 acuta, expansas volantis Aquilae
 alas aemulantur. In caudae exor-
 tu utrinque una parte et rotunda pin-
 na exoritur, in *maribus* ex utroque
 podicis latere, una appendix pen-

det. Cauda pastinacae tenuior et
 longior; in dorso paulo post prin-
 cipium pinnatam unam erigit, at-
 que hac deinceps *aculeus* osseus,
 longus, acutissimus atque ferratus,
 eminet. *Intra*, Jecur est subfla-
 vum, lien subater. Aldrovandi *prior*
 videtur *αἰετὸς*, latissimis alis, qua
 corpori haerent caeruleis, in extre-
 mitate rubris. *Altera* supra ocu-
 los et in fronte aculeata est, in cau-
 da binos gerit radios. Coenosa hi
 pisces in mari loca incolunt, resu-
 pinati piscibus aliis vescuntur, quos
 ex occulto figunt. Vivos foetus
 cartilagineorum more pariunt. Ra-
 dio laedunt, ideo publice cum eo
 non divenduntur. Caro quia te-
 trum et gravem spirat odorem, a
 mensis exulat. Quae de lapide in
 capite ejus a Kiranide scribuntur,
 fabulosa sunt. Bellonii vere mon-
 strosus est, descripsit eum Gesnerus.
 Piscis hic rarus (inquit) et ignotus
 omnibus, et Paraeus volantem facit,
 rostro viridi.

TAB. XII. 2.

PUNCTVM IV.

De Rajis in genere.

TAB. X. 12.

^a Plin. H. N.
 l. 23. c. 11.

Rajarum nomen forte a radendo
 Latini sumserunt. Graeci a qua-
 dam cum rubo similitudine, sunt dor-
 so asperae, ut recurvas supina par-
 te rubus, spinas gerit; *βατόν* marem,
 foeminam *βατίδα* dixere. Plinius ^a

Graeco vocabulo utitur. Ex car-
 tilagineis ^b et planis esse nullum du-
 bium. Albertus in pectinum ge-
 nere posuit. Tria vero illarum apud
 antiquos *genera*; *βατόν* unum sim-
 pliciter, *λειόβατόν* Alterum Aristote-
 les

^b Aristot. H.
 A. l. 2. c. 13.
 Plin. H. N.
 l. 9. c. 24.